







1711, 8 b

14

Q. D. B. V.

DE

ARMATURA ET APPARATU  
HODIER NÆ MILITIÆ,

VULGO

Von Rüstung und Zugehör des heutigen  
Kriegs- Wesens/

INDULTU SUPERIORUM

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

PRO

ASSESSURA

IN

FACULTATE PHILOSOPHICA

DISPUTABIT

M. JO. CHRIST. LEONHARDI,

CHEMNIC. MISN. P.L.C.

AD DIEM XXV. APRILIS A. MDCCXI.

HORIS LOCOVE CONSUETIS.



LIPSIÆ,

Literis BRANDENBURGERIANIS.





Q. D. A.  
DE  
IRMATORIA ET APPARATU  
HODIERNAE MILITAE

von Stellung und Zustand der deutschen  
Armee im Jahr 1794

ACADEMIA LIPSISNSI


IN  
FACULTATE PHILOSOPHICA

AD IO. CHRIS. LEONHARDI

GENERIC. N. S. M. P. I. S.  
AD DIEM XX. JULII A. MDCCXCIV.  
HABESSE



LEONHARDI  
LEONHARDI







DE  
**ARMATURA ET APPARATU**  
**HODIERNÆ MILITIÆ.**

**PARS I.**

DE  
**Apparatu Animato**

**CAP. I.**

**De Constitutione Militum.**

§. I.

**P**rima belligerantium cura est de hominibus, quorum virtute ac opera usi contra hostem proficiscuntur; qui, dum castra sequuntur, milites audiunt, veta mille, vel mollitie vel a milio (a). Germani, Galli, Itali & Hispani appellant Soldat a barbaro vocabulo *Soldo* i. *Soldo*, nummi specie, stipendium significante; vid. Barth. in adverb. l. 11. c. 20. Communiter vocantur *Lands-Knecht* a lancea juxta Corvinum in Lexico *Kriegs-Mann* &c.

A 2

§. II.

(a) Varias militis derivationes passim afferunt auctores, saniores alias, alias ineptiores. Sunt qui derivant a *malitia* i. e. *duritia*, quam pro republ. suslinent. It. a multitudine, aut a malo, quod arcent; a mollitie, per contrarium; vel a mille seu numero millenario, ex quo quondam miles apud Romanos lectus est uti tradit Varro lib. 4. Vossius ex Nomenclatore quodam duas ridiculas affert, quod nempe dicatur miles, quasi mira res, vel a milio, quia milites in Francia amant milium. Plures Etymologias suppeditat Voët, de jure milit. c. 2. n. 2. confer Calepinum sub voce miles & Knichenii opus Polit. lib. II. Part. IV. cap. III. Thes. 4.



## §. II.

Quatuor vero actibus Constitutio absolvitur. Primus est *Collectio*, (*Conscriptio*, *Conductio*) die *Werbung*. Ubi occurrunt *Conquistores* seu *Conductores* die *Werber*, quorum munus est cogere, (legere, comparare, parare, milites, copias,) exercitum, quod Galli vocant *lever des Soldats*, *Troupes*, *enroller des troupes*. Quod si ad supplendum numerum comparentur, *supplementa*, Gallis *Recrues* vocantur. *Modus conscribendi* perhibetur duplex, *primarius* & *secundarius*, seu uti *SCHONBORNERUS* effert, qui fit *deliberato*, vel *ex improviso*. *Primarius* est ubi intra debitum temporis spatium & successively leguntur homines per *Conquistores*, idque vel *persvadendo*, vel *prehendendo*, aut etiam *subtympani*, *tuba* aut alio signo. *Secundarius* est, ubi *tumultu* seu *rumore concitato* (*parallarme*, *evocatione ad arma Auffgebot*) in *subitis casibus* sollicitatur *populus*, vel per *pulsam campanam*, vel *sonitum fulminalis machinae*, vel *expansum vexillum*.

## §. III.

Actus secundus, qui ad constitutionem militum pertinet, est *Lustratio* (*Approbatio* seu *Armilustratio*) die *Musterung* alias *Recensus*, *delectus*, *centura*, *examen*, *recognitio*, quae est actio *militaris*, qua per certos *Censores* *apto loco* explicantur *novitorum aetas*, *corpora*, *animi*, *patria*, *mores*, *arma* (*b*). Ubi

(b) Quoad aetatem requirunt *autores vegetum & juvenem*, *annumque* *17* *num malicia desistant*, de qua re *lege Plutarch. in Vita Caji Gracchi c. 7. & Liv. lib. 25. c. 5. Gell. l. 10. c. 28. Confer Schonb. Polit. lib. VI. c. 11. Non tam veteranos intruendos nobis arbitror, quam eos, qui possent aliquando esse boni veterani inquit Lipsius Polit. lib. V. c. 11. In Corpore respicitur non tam *proceritas*, quam *virgor*, *agilitas*, *firmitas* & *integritas*, nempe quibus sunt *dura corpora*, *stricti artus*, *minax vultus*, *major animi vigor*, ut *ex Tacito differit Lips. Pol. L. V. cap. 12. adde Schonborn. lib. VI. c. 12.**

*Animus* requiritur, *audax*, *futuri* *periculi securus*, *gloriae avidus*, *verecundus*; qui ad *suspicionem vulneris non pallefit*; *verum audaciter errorem suum spectat*. *Plures virtutes laudari deus apud Herodot. lib. 2. c. 36. Cic. lib. 2. de Oratore c. 29.*



currunt Censores militum, ( Recognitores militares, ) Gallis, les Commissaires de la revûe die Muster-Herrn. It. Scriba exercitus, ( Nomenclator diribitorum; a rationibus numerorum militarium ) Musterschreiber. Diribitorium, Armilustrum, campus Martius, Muster-Platz. Hoc examen præcessisse oportet exercitium militare quod consistit in *Institutione*, de peritia & scientia recte utendi armis, vim inferendi, hostem adoriendi, obsidionem solvendi, ordinem militarem servandi. *Exercitatione*, quæ est actionum bellicarum, quarum demonstratio facta est, usus in quolibet genere armorum. De Exercitiis militum vide *Vegetium & Stewechium*. Huc pertinent

A 3 Cam-

*Livium lib. 44. c. 34. Ammian. Marcell. lib. 17. Curt. l. 4. c. 14. Confer Schonb. & Lips. c. l.*

Quoad Patriam *Vegetius lib. l. c. 2. ita differit: Plaga cæli ad robur non tantum corporum, sed etiam animorum plurimum valet &c. & paulo post: Omnes nationes, quæ vicine sunt soli, nimio calore siccatas, amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt: ac propterea constantiam ac fiduciam cominus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera &c. Contra septentrionales populi, remoti a solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes, sunt ad bella promptissimi. Confer *Stewechii Commentar. ad cap. 1. 2. & 3. Salust. Jugurth. 85. 20. it. Catil. 7. 3. Tacit. Annal. 6. 34. 2. it. de Moribus Germ. 29. 4.**

Ita *Carolus V.* accurate distinguit Europæos, ut pro capite exercitus haberet Italos, pro brachio & pectore Germanos, Hispanos vero & ceteros populos pro ventre, referente *Chytræo in Chron. Sax. lib. 19.*

Quoad vitæ genus & mores, agrestes, laboriosi illi, cum *Vegetio*, præferuntur lib. l. cap. 3. *Plin. l. 18. c. 15.* venatores & mari affueti, juxta eorundem. Despiciuntur vero molles, infames, cellularii, dulciarii, piscatores, aucupes & qui ad delicias urbis, uti loquitur *Vegetius*, plurimum conferunt.

De Sexu fœminino, num aptus sit ad militiam, variae quoque exempla sub pallio virorum militantium fœminarum vide *Kniche-  
nium in Opere Polst. c. l.*



Campidoctores seu Armi-Doctores, Armi-Magistri ὀπλοδιδάκται, præmonstratores, Exercitien-Meister / Drillmeister oder Sergeanten / Sergeants des exercices. (c)

S. IV.

(c) *Præcipua motuum militarium nomina apud veteres erant: ἀγὴ εἰς τὰ ὄπλα, age ad arma. παραστῆτε παρὰ τὰ ὄπλα, assistite ad arma. ὄπλοφόρος, μὴ ἀπειτα της Πάλας, armatus ne discedat ab acie. στήγαγε, πρόσχευε τῶ παραγγελλομένο, sile & attende ad præcipientem. ἀνω τὰ δόρατα, sursum hastas. κάτω τὰ δόρατα, demitte hastas. πρόωγε, procede εἰς ὄρθον ἀποδὲ, directe procede, ἀποκατάσθησον, recipe te iterum, & quæ plura leges in libro de bellico apparatu Leonis Imperatoris c. 7. De hodierna exercitatione confer Dan. Weinbergers Kriegs-Ordnung zu Ross und Fuß / Dresd. 1594. Des Herrn de la Fontaine Kriegs-Lehre f. vollkommener General, Deutsch-Franz. Erf. 1672. lt. Kriegs-Kunst seu Waffsen-Handlung der Musqueten und Piquen mit R. Nürnberg 1667. 4. Christ. Wincklers Kriegs-Kunst der Infanterie mit R. Ibid. 1609. 12. lt. Allerneueste Kriegs-Exercitia mit der Flinte Anonymi nuperrime edita Lips. 1710. 8 pl. 2. & qui primus nominandus erat, Wilhelmus Dilichius in der Kriegs-Schule part. I. c. X. seq. Breviter, alia exercitia sunt separata s. singulorum militum, alia conjuncta, seu quæ inter plures simul observantur. Ad priora pertinet, apparatus, gestatio & ejaculatio bombardæ. lt. agitatio corporis, ambulatio, cursio, scansio, natatio. Equitibus monstratur conscensio, descensio, insilatio (voltigieren) equitatio. Exercitia conjuncta sunt, ubi observantur series die Reihen / juga, die Glieder / illa quoad altitudinem, hæc quoad latitudinem: inde oritur situs, distantia, magnitudo, seu Syzygia. Juxta seriem, habes frontem seu caput & caudam seu tergum. Juxta juga, habes cornu dextrum / sinistrum. Porro occurrit versatio die Wendung / viritum besunders / ordinatum Reihen-und Glieder-weise. Viritum versatio peragitur a) declinatione halbe Wendung in hastam seu dextram halb rechts umb auff die Schwert Seite / in scutum, halb links umb / auff die Spieß Seite. B) Immutatione ganze Wendung. Tandem redit restitutio, die Wiederherstellung per dextram,*



## §. IV.

*libo* Lustrationem excipit *Auctoratio*, Vereydung. Ubi novi milites receptionis & approbationis pignus accipiunt, Hand-Geld / ad præstationem Juramenti militaris admittuntur missen zum Fähnel schwören / omnia nempe se facturos, quæ præcipit Imperator, nec signa deserturos nec mortem pro salute Reipublicæ recusaturos, jura articulosque militares (Artickuls-Brief) rite servaturos. Quid & quomodo juraverint, quomodo recepti sint, vide quæ annotat ex Vegetio Liviio, Polybio, Marcellino, Arriano, Tacito etc. Schonbornerus *Polit. lib. VI. c. 14.* Confer de hodierno more ad §. 3. cit. autores.

## C A P. II.

## De Distinctione Militum.

## §. I.

**M**ilitum non eadem ratio est; siquidem varia inter eos occurrunt discrimina, quæ noscere hodiernæ militiæ contemplatorum interest. Primo autem non omnes quilecti & coacti sunt, militis munia obeunt. Quare omnis illa multitudo distinguitur in *Armatam* & *imbellem*. *Armati* hosti se obijciunt & ad pugnam ducuntur, *imbellis* turba ob aliam necessitatem adest, de quibus paulo infra dispiciemus.

## §. II.

Jam *Armatos* distinguamus necesse est (1.) a *Suis*, ita ut alii sint, qui humi pugnant, & illi vocantur *pedites*, alii, qui ex equis, uti *Equites*, alii qui utroque modo, uti *Dimachæ* s. equites desultorii die *Dragoner*. (a)

## §. III.

per *sinistram* rechtsher stellet euch / *sinister* her stellet euch &c. *Ordinativum* per agitur *versatio*, *coarctatione*, *relaxatione* mit *Deffnung* und *Schließung* der *Glieder* wodurch man *Feld* und *Maß* verlieret und gewinnet / *translatione*, *didullione*, *duplicacione*, *mediatione*, *revolutione* & *Flexione*, de quibus consulte *Dilichium* cit. loco:

(a) De vocabulo *Infanterias*. *infanterie* e lingua *Hispanica* originem arcessentem vide *Menennium* in *Dalic. Equest. Ord. p. 25.* *Dragoner* *KNICHERIO* a *Draconibus* derivantur, quia *sclopetæ*



## §. III.

Ab habitu s. armatura secundo loco non minus hodie distinguuntur. Siquidem alii gestant vel leuem armaturam vel gravem, vel inter utramque mediam. Levis armatura peditibus maxime tribuitur, quippe qui nullo tegumento teguntur. Illi igitur sunt vel *Sclopetarii*, (Catapultarii) Mousquetaire s. Mousquetier a sclopetis ita dicti, quo nomine etiam promiscue veniunt hodie Bombardarii, Gallis fusiliers oder Flinten-Träger / quod instrumentum in eo differt a sclopeto, quod claustrum ejus das Schloß non funiculo sed pyrite instructum est. Sclopetarii vero apud Gallos sunt vel Majores vel minores, *Grands Mousquetaires*, *Petits Mousquetaires*, & pugnant modo pedes, modo ex equis; illi habent equos glaucos, *Grau-Schimmel*, hi vero atros *Rappen*. Conficiunt omnes, duas centurias, *Compagnien*, quarum Centurio est ipse Rex & Duces qui illis præfunt, Centuriones Legati appellantur, *Capitains Lieutenants*. Vide das heutige Frankreich in libro von denen heutigen Christl. souverainen von Europa p. 137. Conf. L'Etat de la France Tom. I. c. 5, p. 281. Levem armaturam gerunt porro Lancearii, *Spießträger* / mit *Helleparthen* / Gallis *Piquiers*, *Piquenier* vocantur. Contum longiorem ferro ancipiti præfixum gestantes irruentibus equitibus se opponunt, olim quam hodie, usitatiores.

## §. IV.

Gravis armaturâ tribuitur Equitibus, qui sunt vel *Cataphracti*, (Gallice *Cuirassiers*) vel Catapultarii (s. Carabini, Gallice *Carabiniers*) ex quorum latere nempe pender catapultæ.

## §. V.

iporum uncas (hähne) habent quibus funiculi incendiarii ad displodendum adjunguntur, atque sic speciem Draconis reddunt, aut more eorum ignem vomunt. Quare etiam Dracones dicuntur a Dondino in Hist. de rebus ab Alex. Farn. in Gallia gestis l. 2. f. 371. Et Chemnit. Vol. 1. Belli Sveco-Germ. lib. 3. num. 33. *Dragoneri* a *Boxbornio* in Obs Bred. f. 24. *Equopedites* a *Srada* de bello Belg. Alias *dimacha* meri sunt pedes, quia vero subita expeditiones erant suscipiende, in quibus opus est celeritate & pedicam ministerio, inventum est hoc genus militum.



Media armatura assignatur rei tormentariæ tractatoribus s. Pyrotechnicis, Magistris tormentorum, denen Feuer-Wecker / Constablern / Büchsen-Meistern. Huc enim pertinent *militēs igniarii* seu globorum ferventium jaculatores Gallice *Grenadiers*. Tormentorum vibratores, *Canoniers*, mortariorum libratores s. ollarum ignitarum (ahenorum) jaculatores *Bombardiers*; reliquos ignium artifices recenset Furtenbach in der Büchsen-Meisterey-Schule Fol. 1643. zu Augsp. Memoires d'Artillerie par le Sr. Surery de S. Remy Tom. II. a Paris 1697. Eisen-Krämers Unterricht der Constable; Ulm 1679. It. Simienowicz Geschütz-Feuer-Werck und Büchsen-Meisterey-Kunst per Thom. Leon. Beer/ & Dan Elrich mit R. Frf. 1676. Fol. Sed & infra plura dicentur. Imprimis exercent machinatores tormentarii *Pyroboliā* & *ballistariam*. Per illam conficiunt varia ignium genera, ignes ingeniosos, festivos; picturas igneas *Buß-Feuer*; ignes uiscosos, *Kleb-Feuer* / un feu de matiere gluante, uti loquuntur Galli, & qui s' attache, dont on charge un canon, pour causer un grand incendie. Ignēs insidiosos seu subditicios *Leg-Feuer* &c. Unde uersati sint oportet in præparatione materiæ, e. g. nitri, sulphuris, carbonum, scobis, (*Säg-Späne*) camphoræ, materiæ abięgnæ (*Tannen-Holz*), olei linei, nucēi, nardini, *Leim-Nuß* und *Spieß-Dehl*, liquorum gummatorum (*Fürnisse*) resinæ *therebinthinæ* (*Terpentin*) &c. It. In earum rerum opportuna accensione, imo & restrictione, si ab hostibus ingerantur. *Ballistaria* ipsos docet recte uti tormentis majoribus, ut recte onerentur & ad displodendum præparentur. De quorum generibus in Part. II. agetur.

## §. VI.

A tempore militiæ distinguē uideas milites in Tyrones seu nouitios, veterēs & veteranos. Tyrones, Gallice *les nouvelles levées* sunt, qui inexperti bellum incipiunt portare arma seu uti Galli describunt, qui commence a seruir, ou a porter les armes. Aliās etiam prisco tempore tyrones erant, qui in aciem nondum ducuntur, sed a prima ætate ad bellum

B

duran-



durantur & educantur. Veteres milites sunt, qui reapse stipendia merentur pugnaeque interfuerunt, Veterani, qui belli laboribus defuncti, a militia vacare coeperunt, quanquam hi melius emeriti appellantur, & veterani apud bonos Scriptores iidem sunt cum Veteribus.

## §. VII.

Ratione stipendiorum sunt stipendiarii, vel voluntarii seu volones; illi iterum Duplicarii Doppel- & Soldner & Singularii, die einfachen Sold haben. Ratione acquisitionis sunt vel proprii seu Domestici in propriis ditionibus lecti vel externi. Domestici ratione militiae sunt vel ordinarii seu exercitati, (caestrenses,) qui rite conscripti perpetuo in castris sunt, vulgo Regulirte Troupen, vel Subsidiarii, qui ordinario non ducuntur extra regionem contra hostes, sed in loco, ubi conscripti sunt servantur, vel praesidii loco, vel ad extremum casum, vulgo dicuntur a Gallis *Milices*, a Germanis Defensioner, Land-Ausbruch / National-Völcker / a Scriptoribus milites provinciales, armati populares. Externi milites sunt vel socii seu confederati, vel amici, quorum Princeps quidem non est Foederatus, non tamen etiam neutrius partis. Idem quoque sunt vel conductitii seu mercenarii, vel ignobiliores, ut transfugae.

## §. VIII.

Tandem ratione praestanda operae vel Regii Königlische Leib-Guarde ( seu custodiae corporis Regii asueti ) vel Praetoriani, ( seu Palatini ) tabernaculo Ducum praepositi, vel postea praesidiarii, cujuscunque loci amplioris custodiae praefecti uel stationarii, seu uigilarii, ( die Schild Wache ) custodiae leuiori dediti, quibus ascribuntur speculæ Schilder-Häuser / Liu. l. 27. c. 30. l. 22. 19 &c. Ratione Expeditionis secundariae, milites sunt vel frumentatores, lignatores, pabulatores, Aquatores, Materiatores, & cum uenia vagantes, uocantur excursores seu emissarii Parthey-Gänger / sine uenia, excursores praedatorii, Maraude-Brüder.

## §. IX.

Tandem etiam a loco belligerandi milites distinguuntur



4

tur in terrestres, de quibus hæctenus, & maritimos seu classarios, qui e nauibus pugnant, siue ratione Expeditionum sunt præsidarii, *Conuoyer*, qui certas naues protegunt & sequuntur, ne intercipientur ab hostibus; emissarii seu speculatorii, qui mare & litora obsident atque a piratis purgant; piratici, (corsaires) qui iussu superiorum piraticam exercent, atque naues hostiles intercipiunt, & quæ plures distinctiones in vulgus notæ sunt, de quibus paulo infra erit dicendi locus.

## S. X.

Armatos sequitur turba imbellis, quæ quidem non est pugnantis partis, ad usum tamen belli egregie spectat. Ex hoc ordine alii sunt Nobiliores, alii ignobiliores. Ad Nobiliores referuntur, qui Theologiæ operam navant, atque sic usum præstant spiritualem ac moralem, doctrinam & mores moderando. Iique sunt Concionatores Castrenses, *Feld-Prediger* / ubi alius est *Regius*, *Feld-Hoff-Prediger* / vel, hoc deficiente, *Pater superior*, *Stabs-Prediger* / *Diaconus Legionis*, *Regiments-Caplan*, oder *Feld-Prediger*. *Justitiæ* seu *Juri* præsumt alii; siquidem in castris notum est *Judicium Criminale*, *Malefiz-Recht* / idque instituitur vel coram *Judicibus Legionis ordinariis*, uel si res grauior, ex diuersis legionibus diuersi *Judices* deliguntur, qui actus vocatur *das Ober-Kriegs-Recht*. A modo ponendi aliud officium dicitur *Hastatum*, oder *Spieß-Recht* / ubi reus in medio militum constitutus hastis interficiebatur, usu tamen suo hodie excidit. Tertium est *Judicium Statarium*, *Stand-Recht* / quando in crimine euidenti sine mora ac cunctatione reus ad supplicium rapitur. uide *Obrechtium de Administr. belli Tit. de iudiciis militaribus*. Adde *Leonh. Fronsberg, im Kriegs-Buch P. I. lib. I.* Hæc *Judicia* præter summos *Duces* regunt *Judices*, *Prætores* seu *Quæstores Castrenses*, die *Auditeurs*, quorum alius est *Præfectus Justitiæ superior*, *General-Auditeur*, alius inferior, *Regiments-Auditeur*. *Ministri* seu *executores Justitiæ*; *supremus der General-Gewaltiger* / *Inferior Regiments-Profos*, *Commentariantes vulgares die gemeinen Profos*, *Accensus & Scriba Gerichts-We-*



bel und Schreiber, Lictores & Carnifices Hencker und Steffen-Knechte. (e)

## §. XI.

Medicinæ operam nauant Medicus Castrensis, Feld-Medicus, Pharmacopola Castrensis, Feld-Apotheker/Chirurgus Castrensis, Feld-Chirurgus.

## §. XII.

Philosophiam colunt, qui nobilissimam ejus partem, Ma-

(e) *Pœna militum apud veteres uarie erant, alie quidem leniores & ignominiosa, alie grauiore. Inter leniores erant 1) stipendio priuari, 2) ad hastæ dationem condemnari, 3) tendendi locum mutare, 4) in itinere cum impedimentis iter facere, 5) extra oppidum hybernare, 6) extra castra hybernare, 7) cibum stando capere, 8) fossam fodere, 9) stipendia prorogari, 10) discinctos desitui, 11) hordeo pasci, 12) sanguinem mitti, 13) mulierum pecuniaria, 14) militia mutatio, 15) a castris segregari, 16) muliebri habitu per castra circumduci, 17) ignominia mitti. Grauiore erant, 1) uirgis cadi, 2) uite uerberari, 3) lingue abscisio, 4) manuum amputatio, 5) crurum excelsio, 6) in seruitutem adactio, 7) in exilium mitti, 8) fuste uerberari, 9) securi percuti, 10) Decimatio, 11) in crucem tolli, 12) ad bestias damnari, 13) capitis pœna, 14) sepultura priuatio, 15) legionariorum gladiis concidi, 16) uiuos comburi, 17) sub crate necari, 18) lapidibus obrui, 19) sagittis eminus configi, 20) carpeno trahi &c. uid. Stewachium ad Vegetium, cap. IV. It. Lips. lib. 5. dial. 18. Rosin. l. 10. antiqu. Rom. c. 25. Tolosan. lib. 11. c. 70. Carol. Sigon. l. 1. de antiquo iure civil. Rom. c. 15. Alex. ab Alexo genial. Diar. c. 130. Leges hodierna, quæ coërcent milites sunt uniuersales & particulares, quarum lesio uel morte, uel ignominia, uel alia multa uindicatur. Ille pietatem & mores tam in sacerdotibus quam in iudicibusque moderantur. He agunt uel de sufficiens Ducibus, uel de subeunda lustratione, habitatione, armorum custodia, pensis militaribus, homicidiis, proditiionibus, profectiionibus, excubiis, deditiionibus urbium & conditionibus consociendis &c. de quibus prolixè agit Dilich, L. 1. c. 65.*



Mathesin, ad belli usus transferunt, suntque illi, præter machinatores tormentarios, quos supra ad turbam armatam retulimus, Ingeniatores, *Ingenieurs*, alias, Architecti militares, Architecti ingeniosi, artis muniendi Magistri, bellicorum operum machinatores, Præfunt præcipue urbibus & arcibus muniendis, castrametationibus & aliis operibus perficiendis. Iis inseruit *Metrica* s. Ichnographia, ars pingendi & delineandi, typos & opera fundamentalia; *Aritmetica*, *Geometria*, &c. It. *Mechanica*, in conficiendis instrumentis ad ædificationem necessariis, in construendis pontibus, gerris s. corribus, rotundæ aut argularis formæ. It. *Oneraria*, ars mouendi onera, leuandi in currus, & iumenta; auferendi, oportune & cum leuiori incomodo apprehendendi & deportandi. *Aurigaria*, quæ pertinet ad curruum & quadrigarum tractationem. uid. Dillich. P. I. c. 38. Ignobilioribus accensentur alii spectati magis ob artificia, Buccinatores, s. æneatores, Trompeter / aliique Musici Castrenses, ut Cornicines, Tubicines, &c. it. Tympanotribæ, quorum alii tractant tympana equestria Pauken / Tympana pedestria Trummeln; iterum sunt superiores & inferiores, Regiments Pfeiffer / Regiments Pauker; Regiments Tambour. It. mercatores castrenses. Reliqui opificia tractant, ut fusores, fabri bombardarum, fabri lignarii, ferrarii, Carpentarii, Pistores, Sartores, Sutores & quicquid opificiorum superesse potest. De mulieribus, Ca-lonibus & reliqua: tulda & agmine Tres non opus est, ut plura addamus.

## CAP. III.

## De Classibus Exercitus.

## §. I.

**E**X Militibus ita Comparatis, formatur Exercitus, qui tamen non inordinata multitudo est atque inconditum agmen, sed prudenter a belli ducibus, bellique peritis in classes certas, & ordines distinctos dirimi solet.

## §. II.

Aliter uero Exercitus distribuitur, si respiciatur ut Totum

B 3

ma



*materiale*, sic enim habet partes materiales, nempe Peditatum, Equitatum & rem armamentariam. Aliter, si consideratur ut *Totum formale*, sic enim distribuitur in ordines, a quibus accipit quasi formam; sic igitur *PEDITATUS* habet vel legiones, (Regimenter,) quas alii Regimina uocant; uel semiplenas legiones s. dimidiatas (uulgo Bataillons alias semi-regimina, sc. cohortes s. cohortes quingenarias) uel centurias. (Compagnien,) uel decurias (s. Corporalschafften) *Equitatus* cum Dimacharum agmine itidem habet legiones; legiones dimidiatas s. turmas (Esquadrons), quæ differunt a cohortibus seu Bataillons, &c. quia ex solis equitibus componuntur turmæ. His accedunt cateruæ, (*Brigades*) seu quomodo uocaueris; siquidem Lexicographi Galli vertunt modo per manum, cateruam, turmam, manipulum, ipsisque *Brigadier* est Dux manipularis, quod uocabulum tamen in natia & uetusta sua significatione huc uix quadrare uidetur, nisi ipsi imponas significationem incerti alicujus numeri, aut statuas, ex pluribus manipulis conflata esse hanc, de qua agimus, cateruam. Veteribus Gallis *Brigade* erat sodalitiū uti patet ex *Henrici Hornkens congestis Dictionariorum p. m. 72*. Numerus autem hominum in hac caterua est incertus; modo enim est *le tiers d'une Compagnie de Cavallerie*; modo, *une grosse partie de toute la Cavallerie ou infanterie d'une armée* i. e. tertia pars centuriæ equestris, modo caterua magna equitum aut peditum uniuersi exercitus; sæpiusque continet multas legiones, sæpe multas cohortes & turmas, sæpe totus exercitus distribuitur in 8. ejusmodi cateruas. Dux, qui illis præest dignitate præcedit Tribunum militum (*Obersten*) Res armamentaria separatim certas classes & ordines non habet, sed consideratur ad modulum & portionem, quam quælibet classis hominum habet. Aliquando dicitur *quelque bande ou train d'armes* certa copia tormentorum. (f)

§. III.

(f) De legionibus dimidiatis, quæ etiam aliquando minorem numerum habent, ita loquuntur scriptores rei militaris, *Tous les régiments d'infanterie de quelque nation qu'ils soient, sont aujourd'hui distingués par Bataillons plus ou moins forts, selon le nombre*



## §. III.

Si Exercitus consideratur ut totum potestativum, varia pro varietate casuum, ab illo segregantur agmina extraordinaria. Quodcumque enim certus casus sese offert, certa pars militum ab universa multitudine excerpitur, quæ uocari solet pars copiarum, in genere, ut Scriptores loquuntur, ( seu manus militum, aut segrex cohors, Detachment (g) &c.) Hæ ipsæ manus segregatæ sunt uel maiores uel minores; utraque pro varietate numeri sui, seu etiam expeditionis, variis quoque nominibus insigniuntur. Ad maiores pertinet manus emissaria eise Parthey, quæ ablegatur ad explorandos hostes, ad faciendas excursiones, ad depellendos frumentatores & pabulatores aut aliud hosti damnum clandestinum & inopinatum interendum: Inprimis in Syluis & aliis locis occultis latent atque hosti insidias struunt, ad leue prælium inopinatum descendentes (Embuseade mathen.) Differt ea manus à prædonibus *Marauden*, utpote qui, injussu Ducis, excurrunt, atque deprehenso puniuntur. (h) Manus præfidiaria (Escorte,) est certus numerus armatorum, qui sequuntur atque tuentur, uel comæatum, (Conuoy,) uel personas, Ducesque nobili-

ores.

*Et la force des compagnies &c. it. de turmis equitum inquitunt. chaque escadron est composé de trois compagnies de cavallerie, quelquefois de quatre, a quatre officiers par compagnie, qui sont donze par escadron. uide les fonctions des Generaux par MR. DE GRIMMARET c. 3. p. 55. Scap. 5. pag. 75.*

(g) Un detachment est certain nombre d'officiers & soldats que le General fait fournir par Regiment pour employer a ce qu'il juge a propos &c. plura uide dans le même livre de Mr. Grimaret c. 2. pag. 29.

(h) Le parti est une troupe de gens de guerre, commandée pour quelque expedition. Il y en a de cavallerie, et il y en a d'infanterie. Les premiers doivent être composés de 15. cavaliers du moins & les autres de vingt fantassins, autrement il sont reputés voleurs & brigands; & c'est ce qu'on appelle partis bleus. Les gens qui vont en parti doivent avoir ordre par écrit, des commandeurs; sans quels sont aussi reputés partis bleus. uide eundem c. 3. pag. 43.



ores. Huc quoque pertinet pars illa Exercitus, quæ castellis & urbibus præsidii loco, (jur Guarnison,) imponitur. Et si alii loco & stationi obtinendæ præficiuntur, dicuntur: Corps de Garde. Ab exercitu quoque formatur manus expedita (corps-uolant, camp-uolant, fliegende Armée,) non male castra alata uocari posse uidentur, quæ semper sine munitione, in excubitu est, atque ita parata, ut ad expeditiones subitarias adhiberi queat. Cohors subsidiaria (Corps de reserve,) quæ in certis expeditionibus in subsidiis collocatur, ut necessitate ferente, a Duce evocari queat. Minores militum manipuli adhibentur tempore matutino, uigiliis matutinis significandis, qui tympano, (adhibito interdum cantatore cicutæ obliquæ *Over-Pfeiffe*) signum dant quartæ uigiliæ, quæ suscitatio dicitur la Diane, Rebelle a Gallico reueille. Alii circuitioni uespertinæ adhibentur jur Ronde/oder Zappenschlag/ & uocantur uigiliarum recognitores, nyctostrategi &c. a Kiliano in Diction. Belg. Lat. Gall. alii denique semper, quando-cunque opus est, ad cohibendos tumultus, uigilias, circuitiones exploratorias agunt (patrouiller) & uocari possunt excubitores exploratorii, Circuitores &c. alii ante castra uigilias, ut *Vegetius* loquitur, agrarias agunt, qui uocantur *Pro-sabitores*, la garde auancée die verlohene Schildwache.

## S. IV.

Totus hic exercitus ut jam constitutus considerari potest demum ut totum per accidens, qui licet idem maneat exercitus, ob causas tamen aduentitias, dicitur modo L' Armée d' obseruation, (Observations-Armée) dum scilicet jam in eo est, ut obsidionem aut etiam expeditionem susceptam tueatur, atque conatus & itinera supetias uenientium obseruet. It. La Grand-Armée, le gros de l' Armée, major, grauior exercitus, eo intuitu, ut reliquis exercitibus, qui hinc inde ad certas expeditiones ablegati sunt, sit superior. Ob has causas accidentes quoque in alias classes & partes dispescitur. In itinere & alibi habet tres partes, primum agmen, die Avant-Garde, medium agmen s. graue agmen, quod potissimum continet impedimenta & res tormentarias (die Artillerie), & agmen posterius seu agmen nouissimum die Arrier-Garde.



Garde. Reperitur quoque in illo exercitu acies prima, nempe expediti equites, acies media das Corps de Bataille seu peditatus & acies ultima, itidem expediti equites. In viis angustioribus, (defilées) incedit per longas series, (par colonnes.) In ipso prælio exercitus refert diuersas alas & cornua, it. aciem subsidiariam den Hinterhalt. De aliis formis præcipue veterum nempe Phalange, cuneo, multa afferre super sedemus. Videantur Vegetius & Stewechius cit. locc. Alianus de instruendis aciebus toto libro (7).

## C

## CAP.

(1) In hodierna militia ductus alius est itinerarius, ein Reife-Zug & quidem uel peditum uel equitum, uel totius exercitus, alius in itineribus longioribus, laboriosioribus; porro etiam in superando mari, fluminibus; in persuadendis angustis; alius præliatorius, Angriff oder Schlacht-Ordnung / uigilatorius Wacht-Zug, Discesforius Abzug. Alius igitur ordo quoque est in acie ordinaria, alius in extraordinaria. Ibi attendende sunt 1) partes aciei, ordinariæ & extraordinariæ, e. g. corpus & cornua, it. præsidia, que agmini præstruuntur, ne hostis aciei structuram obseruet, & subsidia, Noth-Hauffe / oder Hinterhalt / qua pertinent ad partes extraordinarias, 2) locationes aciei, ubi alius locus est militibus, alius Ducibus, alius signis, auditus & uisus, alius tormentis. In qua locatione etiam obseruanda sunt  $\alpha$ ) certa interualla, spatia seu uia, que sunt uel recta uel transuersa. Via recta profunt ad duplicationem, ad eruptiones, ad receptionem, ad inclusionem hostium. Transuersæ profunt ad obseruationem, ad uariationem, ad obsequisationem, ad deceptionem,  $\beta$ ) species seu uaria figura aciei; qua figure variant ratione NUMERI ita ut alia acies sit simplex, per interualla recta in altitudinem sine transuersis, alia multiplex & hæc quidem duplex, triplex, quadruplex. Ratione FIGURÆ acies alia est RECTA, OBLIQUA, & hæc quidem unicomis, alterutro cornu prominente uel resupinante, unde oritur sinulus seu lunula, & modo inuerso, gibbus seu monticulus; bicornis est æqualis, inequalis, a qua oriuntur scæle seu gradus; QUADRATA est continua, discontinua, & hæc quidem Diagonalis, rhomboidis, complementalis, circumscriptio, &c. Ratione MATERIÆ acies est præstrueta, præposito nempe equitatu; substrueta, reter-



## CAP IV.

De dignitatibus bellicis  
& Ducum ordine.

## §. I.

**Q**uemadmodum nulla multitudo se ipsam sine disfidis atque periculo regere potest, ita multo magis in bello militum vulgus suos magistros suosque Duces habeat, necesse est. Lipsio enim sunt anima exercitus & vita ipsa l. 5. c. 14. Militaris sine Duce turba est corpus sine spiritu Curt. l. 10. c. 6. l. 8. Tanti est exercitus, quanti imperator, ap. Florum dicitur.

## §. II.

Ducum alii sunt, qui praesunt toti exercitui, alii, qui partem eius. Priorum alii superiores seu eminentioris dignitatis, alii inferiores s. leuioris dignitatis.

## §. III.

Qui parti Exercitus praesunt, moderantur uel pediatum, vel equitatum vel rem armamentariam. Illique iterum praesunt parti uel majori uel minori.

## §. IV.

Nos Viros illos militares recensebimus juxta eorum status, ubi occurrit Status seu Catalogus, summo jure Praefectorum, (k) cum eorum Vicariis (der General-Stub) &

ro equitatu; mixta, quando equitatus inter segmenta est dispositus. Ratione PARTIUM est perfecta, quae partes omnes habet sc. alas & corpus; imperfecta, ubi aliqua pars deficit. Verum haec materia tam proluxa est, ut totam disputationem sola implere possit, quod tamen ab instituto nostro alienum est. Vide si placeat figuras & institutiones ap. DILICHIUM Part. II. c. 34. seqq. conf. les Fonctions des Generaux de M. Grimard c. V.

(k) Hisce Praefectis omnibus dignitas eminentis tribuitur, non quidem, quod toti exercitui omnes aequae praesunt, sed quoniam in qualibet exercitus parte habent, quibus imperent. Quod uero uocabulum



& Legionariorum seu Tribunitiorum (Regiments- & Stab.) In primis se offerunt, Summus Imperator (Summus Dux, Archistrategus, Polemarcha, Princeps Castrorum, supremus militiae Praefectus) qui summam Imperii militaris gerit, *der Generalissimus (der Oberste Kriegs-Herr, General der Armée.)* Ei adjungitur summi Ducis Legatus seu Vicarius, (General-Lieutenant, *des Kriegs-Herrn General oder Oberster-Lieutenant* it. *des Kriegs-Herrn Oberster-Lieutenant*) qui illius nomine exercitum dirigit, & ejus vicem gerit. Huic succedit summus Castrorum Praefectus, Equitum Magister seu Campi-Mareschallus (General-Feld-Marschall) qui absente summi Ducis Vicario rem gerit, illo vero praesente, alam sinistram tegit. Accedit supremus rei armamentariae Praefectus (General-Feld-Zeug-Meister) supremus Commissarius, seu consiliarius, *der General-Commissarius*, frumenti & annonae commerciorum curam habet, procurat omnem exercitui pecuniam & alimentorum subsidia; ab avario bellico eam pecuniam suscipit & tradit reliquis Commissariis, ipsique dum in castris est, exacta & coacta tributa deferuntur. Eum excipit summus Magister Equitum, (General der Cavallerie;) summus Magister peditum (General der Infanterie) tum summi Campi-Mareschalli Legatus (General-Feld-Marschall-Lieutenant; it. supremus vigiliarum seu excubiarum Praefectus (General-Major oder General-Wacht-Meister;) qui est alius Equitum, alius peditum; supremi Commissarii Adjutor seu Vicarius (Oberster-Kriegs-Commissarius). Supremus castrorum Metator, [i. Hospitiorum militarium Metator, Grand-Marechal des Logis, General-Quartier-Meister]. Supremus annonae Praefectus [General-Proviand-Meister]. Supremus Ecclesiastes seu Pater superior, Oberster-Feld-Prediger oder Kriegs-Superintendens). Supremus Justitiae Praefectus

C 2

(seu

generalis apud Gallos est, id summo jure praefecti apud Latinos sunt. Si Generales uno vocabulo Latino reddendi sunt, dici possunt belli Duces, Duces augusti, augustales, siue Duces simpliciter. Per militum Duces vero indicantur, officiales seu magistri militum.



[seu Militiæ & rerum capitalium Prætor, General-Auditeur oder General-Kriegs-Schulze]. Supremus ærarii castrensis Præfectus [Feld-Kriegs-Zahl-Meister oder Pfennig-Meister] Commissarius primarius [Ober-Commissarius]. Primarius diuersiorum Præfectus (Ober-Quartier-Meister). Summi Præfecti uigiliarum uicarius, [General-Adjutant]. Commissarius Castrensis, [Kriegs-Commissarius]; supremi Iustitiæ Præfecti Vicarius, [General-Auditeur Lieutenant]. Supremi Diuersiorum Metatoris Vicarius, [General-Quartier-Meister Lieutenant]. Architectus Castrensis, (Ingenieur), Medicus Castrensis, seu Proto-Medicus, (Feld-Medicus), Pharmacopola Castrensis, (Feld-Apotheker), Chirurgus Castrensis, [Feld-Chirurgus]. Supremus Veredariorum Præfectus, [Feld-Post-Meister]. Supremus curruum Præfectus, [General-Wagen-Meister] ejusque Vicarius (Wagen-Meister Lieutenant). Hospitiorum illustriorum Dispensator, [Stabs-Quartier-Meister]. Scriba Criminalis seu judicialis, [Gerichts-Schreiber]. Cursor Castrensis, [Feld-Courier] & tandem Tribunus Capitalis [quæstor Castrensis, Fugitiuius, Præpositus seu custos uiarum, Rumor-Meister.]

## §. V.

Ducum Legionariorum Catalogus alius est peditum, alius Equitum. Utroque primus est Dux Manipularius (s. cæternis Præfectus (Brigadier.)) Duces pedestrium copiarum sunt Tribunus Equitum s. Chiliarcha, (Oberster /) Pro-Tribunus (Oberst-Lieutenant,) Præfectus Excubiarum, Tribunus uigiliarum (Legionis Instructor, Oberst-Wach-Meister / oder Major) Iudex Castrensis, Tribunus iustitiæ (Auditeur) Metator pedestris, Tribunus meraturæ (Regiments-Quartier-Meister /) Diaconus s. Concionator Legionis, (Regiments-Caplan) Secretarius Legionis, (Regiments-Secretaire,) Dux Vicarius, (Dux Legatus, Adjutor, Adjutant oder Major.) Quadrigarum Præfectus, (Regiments-Wagen-Meister.) Annonæ Præfectus, Tribunus comæatus (Prouiant-Meister /) Tympanistarum Præfectus, (Regiments-Tambour,) Commentariensis Legionis, (Regiments-Profos.)

## §. VI.



## §. VI.

Duces equestrum copiarum eodem modo efferuntur, quorum primus est Tribunus Equitum, (Oberster,) &c. Tympanotribarum equestrum Præfectus, (Regiments-Paucker.)

## §. VII.

Minori parti Legionis in centuria pedestri præfunt Centurio (Hauptmann / oder Capitain,) ejus vicarius (Subcenturio, Legatus uel Optio Lieutenant.) Signifer uel Dracconarius (Fändrich) & ejus Vicarius Subsignifer (Fahnen-Junker). Concionator (Feld-Prediger). Ordinum structor, Tergiductor & Coactor (ein Feld-Webel s. Sergeant) Metator, s. diversoriorum Consignator (Furier). Ordinum ductor, uexilli custos (Führer) / Decurio (Corporal oder Gefreyter).

## §. VIII.

In Cohorte equestri occurrunt eadem nomina, nempe Præfectus Turmarum seu Centurio equitum, (Ritt-Meister). Sub-Centurio, (Lieutenant.) Vexillarius & ejus Vicarius (Cornett und Fahnen-Junker). &c. Faber turmæ, Fahnen-Schmid. His accedit interdum Feialis (Herold), incendiorum Magister, (Brand-Meister) armorum custos & debiliū curator (Capitain des armes). Et in agmine castrensi necessarij semper sunt, Fustuarii (Stecken-Knechte / Bengelhaussen) lixarum & calorum ductores, Troß-Meister. Carcerarii (Clauditen / Stockmeister).

## §. IX.

In re armamentaria occurrit supremus rei armamentariæ Præfectus, der General-Feld-Zeug-Meister. Ejus Vicarius (Feld-Zeug-Meister Lieutenant) Præfecti & Sub-præfecti (die Stück-Capitaine und Stück-Lieutenants), Signiferi & illorum Vicarii (Stück-Fändrich und Stück-Junker). It. Præfectus armamentarii, Zeug-Wärter, &c. Præfectus diversoriorum armamentarius, (Zeug-Quartier-Meister). Præfectus commeatus armam. Zeug-Proniant Meister) Pyrotechnicorum Magister (Ober-Feuer-Werck-Meister) Aggeribus struendis Præfectus (Batterien-Meister). Ejus Vicarius (Batterien-Meister Lieut.) Pontium Magister (Brücken-Meister) Brücken-Hauptmann



mann) eius Vicarius (Brücken-Lieutenant) Cuniculariorum Magister (Münz-Meister) eius Vicarius dessen Lieutenant, Scriba armamentarius (Zeug-Schreiber) Praefectus Fabrorum (Zeug-Meister) Praepositus aurigarum (Geschirr-Meister) Tribunus munitiois (Artillerie-Meister). Quadrigarum s. uehiculorum Magister (Wagen-Meister) scriba aurigarius (Geschirr-Schreiber) Fossorum & cuniculariorum praepositus (Oberschanz-Meister / Schanzbauern-Hauptmann.) Cunicularii Schanz-Gräber.) Gerrarum obsidionalium structor (Schanzforb-Macher.) Materiarius Zeug-Zimmer-Meister. Cespitum sedor (Nasenstecher.) Vietor armamentarius (Zeug-Büttner.) Faber tormentarius (Zeug-Schmidt.) Tentoriorum Sartor, (Zelt-Schneider) Faber tormentorum materiarius, Büchsen-schäffter / &c. qui omnes statum rei machinariae satis indicare possunt. Optarem nunc, ut Ducum & uirorum militarium machinatorumq; quorum potiora nomina attuli, officia, potestatem & negotia addere possem; sed quoniam numerus nimis copiosus est, & materia dicendi satis prolixa, intra cancellos meos me continere malo. Consulantur interea Dillichius, Frönspergius, Suendius & Grimaretius in citatis libris & citatis capitibus.

## §. X.

Sed antequam ad Part. II. transeamus, mentio quoque facienda est eorum, qui mari militant atque operam locant, quod breuibus absoluemus. Alii autem imperant, alii parent, Praefectorum alii sunt uel *maiores*, uel *minores*. In *majoribus* se offert, summus maris Praefectus (Admiral-General), qui non solum summam clasfis gerit, sed & omnes res maritimas & portus dirigit. Ejus Vicarius est (Admiral-General-Lieutenant). Porro habes Praefectum clasfis (Admiral) (1) qui rem gerit, ubi summus maris Praefectus non adest.

(1) *Liuius familiaris est locutio, praefecti clasfis, Graecis uero uocatur Thalassiarachus, & Archibalassus. Europaeis autem audit Admiralis. De ejus etym. dispexerunt Turnebus l. 28. c. 2. Junius ad Codin. de Offic. Constant. p. 309. & Vossius de Viuis Serm. Lat. l. 2. c. 2. atque deriuant ab Arabico Emir s. Amira, quod do-*



est. Ei succedit Legatus classis (Vice-Admiral) & Præfectus uigiliarum classis seu Speculator [Contre-Admiral oder Schout by Nacht Belgico nomine] qui caudæ classis seu aciei postremæ (arrier-garde] præest. Præfectus classicæ, [chef d'Escadre]. Sequuntur *minores*; Sic enim qualibet navis suam habet Ducem, qui est Centurio, Præfectus navis [Schiff-Capitain.] Nauclerus [der Schiffer] qui præest nautis seu operariis nauticis, exceptis militibus. Gubernator, (Steueremann/) gnarus sit oportet uiarum, aquarum, portuum, insularum &c. Magister navis seu armamento nauali præfectus, Hoch-oder Haupt-Boots-Mann / qui nautis & operariis præest, cum navis Magistro, & prospicit navis puppi. Annonæ classicæ custos (Bottelier), qui distribuit & promit res esculentas. Pyrotechnicus classicus (Schiff-Constable) rei armamentariæ omni præest. Thalamita [Quartier-Meister] Aeneator Classicus, (Schiff-Trommeter), Proreta (Schimmann/) qui in prora tutelæ navis præsidet. His sæpe addit Thalassometra & Naustalogus, qui radii nautici & Astro-labii probe gnari sunt.

## s. XI.

Classarii sunt, qui parent, & sunt uel socii nauales uel milites. Illi sunt remiges & nautæ. Remiges sunt Thalamacæ seu Thalamii, qui ad puppim consistunt, Zygita, qui in media nauis, & Thramita, qui ad proram. Nautæ [Boots-Knechte / Boots-Gefellen] sunt helciarum [Deck-Knechte] portitores seu transfretores (Fahr-Leute / Ueberführer. It. Urinatores & scrutatores [die Taucher].)

## PARS

*minum*, significat & *ad hoc*, *marinus*, ut in a sit dominus maris, sed certi ipsi non sunt. Auctores, qui historias Orientales & itinerraria ante aliquot secula scripserunt, non uidentur præfectum maris hac uoce indicare, sed principem & gubernatorem regionis alicujus; uel etiam officialem bellicum. Illis enim præfectus 400. aut 500. militum stipendiariorum dicitur Admirabilis s. Admiralis. Plur a uide apud Knichenium in Op. Pol. l. ii. Part. IV. c. 7.



P A R S II.  
DE  
Armatura inanimata,

CAP. I.  
DE  
Apparatu terrestri.

## §. I.

**S**icuti prima cura habenda erat hominum s. militum, qui contra hostes duci possent; ita illis quoque procurandus est apparatus necessarius, quo uti commode queant ad exequenda coepta & conatus militares. Ad apparatus illum pertinet I. Pecunia. II. Commeatus, a) pro hominibus β) & jumentis. III. Arma N) primaria A) illatiua, s. laesoria (a) percussoria (b) ictoria 1) cominus 2) eminus: B) Protectoria s. propulsatiua; Portatilia, maiora, minora, Vectilia. γ) Secundaria 1) Machinae 2) puluis 3) globi & ad pugnam inflammandam & ornandam uexilia, signa militaria, cristae, tubae, tibiae, fistulae, tympana. IV. Munitiones.

## §. II.

De singulis sigillatim agendum. Quod attinet pecuniam, dubium non est, quin ea sit inter instrumenta bellica pars potissima. Quemadmodum enim medici negant, sine neruis homines ambulare posse; ita politici sine re monetaria bellum. Aurum & argentum cum in aliis rebus omnibus, tum bellicis praecipue maximum habent momentum. Hinc moent Politici, ut, exhausto arario, uel si subditorum subsidia non sufficere uideantur 1) in tempore ab amicis, confederatis, uicinisque pecuniam sub justo foenore mutuentur principes. 2) Praeter publicam & priuatam pecuniam etiam uasa aurea & argentea supellectilemque pretiosam in commune conferant, quod admodum animat subditos, ut hoc exemplum sequantur. 3) Dignitates, nempe iura Nobilitatis pro certo pretio uendantur, quod Galli haecenus facere consueuerunt.

a) Mo:



3] Moneta adulterina cudatur, sub fide reuisionis. 4] The-  
sauri sacri necessitati impendantur, quod nec iure diuino & Reg.  
18. nec canonico prohibetur, nec alias insolens est. Vide Knich.  
lib. II. Part. IV. c. 2.

## §. III.

De comœatu res multo minus dubia est. Nam ne pe-  
cunia potius quam pugna consumat exercitum, prouiden-  
dum sedulo est de re frumentaria in expeditionibus. Qui  
comœatum & frumentum mature non comparat sine ferro  
uincitur. Difficillimum quippe & ferme in possibile est cum  
natura & hoste simul pugnare. Et cum sine reliquis animan-  
tibus & iumentis bellum geri commode non possit, & homi-  
nibus & iumentis prospiciendum est. Quam ob rem ad eui-  
tandam necessitatem excitantur Promtuaria bellica & officina  
frumentariæ, in quibus reponitur sufficiens copia. Illæ  
substructiones dicuntur Gallis *Magazins*, quod uocabulum  
*Bochartus* in *Phalec.* lib. 2. c. 17. deriuat ab Hebræo *Machzan*,  
quod in plurali facit *Machazin*, & loca, ubi conduntur opes, si-  
gnificat.

## §. IV.

Armorum autem uaria genera sunt, obsoleta alia, alia  
recentiora, indiesque plura excogitantur, de quorum origi-  
nibus, structura & usu multa afferri possent. Sed nobis suf-  
ficiet attulisse, quantum angustia dissertationis capiunt & ad-  
mittunt.

## §. V.

Arma illatiua, quæ cominus atque punctim cæsimque  
[durch Stieh und Hieb] nocent, sunt, quæ milites ad figen-  
dum hostem manu ac corpore gestant; uti gladius, Degen  
ensis falcatus scacinaces *Ebel* uerutum, pugio s. sica (Bayonet-  
te). Parazonium s. gladius ictorius (*Stoß-Degen* oder *Stoß-  
den* /) percussorius *Hau-Degen*. Lancea, Lanze. Bipennis  
(*Helleparte* / quasi *Helmparten* oder *Partisan*.) Quidam hanc  
uocem a nitore dictam uolunt. *Jouius* l. 2. *Hist.* p. 89. *Isa-  
barde* dicit eum *Italis*. & *Helleparte* cum *Heluetiis* & *Germa-  
nis*. Sed *Cluuerus* l. 1. *Germ. Ant.* c. 44. non incommode uo-  
cat

D

cat



cat Hallebardam, a Celtarum uoce Halle/ quod atrium palatii significat, & adhuc Anglis in usu est, ac Barde; hancq; explanationem addit, quod sit securis palatina, quoniam Principum satellites illa armati sint, quod etiam *Loecenius* sequitur ab eadem origine uocem *Partisane* deriuans. Vid. *Knichenium* p. 1170. Item noti sunt conti stellati (*Morgenstern*) de quibus uide *Boxhorn, in obs. Bredæ p. 100.*

## §. VI.

Plura uero arma occurrunt quæ eminus nocent, pulueris uero adhibita. Minora illa sunt & maiora. In minoribus notæ sunt bombardæ, Pistolen/ sclopi breuiores s. manuarii (*Puffer*) catapulta (*Carbines*) Sclopetæ, Chiroboarda s. Bombarda, (*Musquete*, Italis *Moschetti*) quæ alias dicitur *tubus*, s. *stula ferrea*. Hinc quoque sclopetarii a *Priolo* l. 2. de *Rebus Gallicis*. 2. non male appellantur *Tubiferi*, a *Boxhorn*. Fistularii. Bombardæ pyritides, claustro rotatili instructæ (*Feuerrohre*) sclopi igniarii (*Flinten*) Duplodes, qui etiam Spingardæ, & Arquebuse a croc uocantur, *Hacken* *Büchsen* / *Doppel* *Hacken*.

## §. VII.

Huc etiam referuntur alia instrumenta jaculandis ignibus aptata, quæ simul nocent & ipsa pereunt. Qualia sunt crotala illa ignea, uulgo granatæ, (p) globi sulphurei s. mala punica, ideo dicta, quia simulac caduntrupta in multos quasi acinos sparguntur, juxta *Grotium in obs. Grolle p. 1.* solent ex ferreis aut testaceis plerumque confari globis puluere refertis. His quodammodo similes fuerunt siphones manuales incendiarii, quorum meminit *Leo Imp. in Tac. c. 19. §. 57.* & uocat *Χαλκίφωες* Nota quoque sunt Carcassæ, s. crotala uncinata, (*Carcaffen*,) (q) quæ per uncas & magnitudinem se distinguunt a granatis. Multum præstant bolides igneæ (r) (Bomben;)

(p) Grenade est une balle de fer creux, remplie de poudre, blesse et enie par ses eclats, tout ce qu'elle rencontre.

(q) Carcasse sont de grosses grenades avec des crocs, pour mettre le feu par tout où elle fauchoe.

(r) Bombe est un boulet creux avec deux ances, abisme les maisons & met le feu par tout où elle tombe.



crebro adhibentur stellæ ignitæ, urcei jaculatorii, (Pots à feu Sturm-Krüge) [s] sacci tormentarii s. incendiarii (Sturm-Säcke,) dolia tormentaria s. incendiaria (Sturm-Pässer) coronæ incendiariæ (Sturm-Kränze) et qui plures ignes misiles quotidie reperiuntur.

## §. VIII.

Sed licet hæc instrumenta ingens damnum afferant, majora tamen supersunt instrumenta Vulcania, fortiora multum & robustiora. In genere hæc instrumenta vocantur tormenta (Canonen / Stüfse;) non autem sunt unius generis. Alia sunt murifraçtoria, alia procul extrudunt globos in hostes. Ad illa pertinent Exostræ, Pyloclastræ, (Petarden,) Petraria (Stein-Büchse, Haubitze & alia tormenta, quorum a Fronsbergio quatuor species traduntur; tormentum maximum, Italice *Mazzicana* (Scharff-Meße,) Proximum est *Rana*, Germ. *Basiliscus*. Tertium *Duplicana*, Germ. *Nachtigal* oder *Singerin* ultimum est *Quartana* uel *Carbona* Italis, (Viertel-Büchse) & ab hoc ultimo hodie nobis est *Chartaune*. It. *Semiquartana*, halbe *Chartaune* / *Quartaria* vierthel *Chartaune*. E longinquo in hostes feruntur, *Colubrinæ* s. tormenta colubrina *Feld-Schlangen* / a gracilitate s. longitudine ita dicta. It. *Falcones*, s. *Falchanæ*, *Falconet* oder halbe *Schlängen* / *falcunculi* *Falconetstein* a velocitate globorum. Maximum quoque robur habent mortaria, *Mörser* oder *Pöller* globos s. ollas feruentes [Bombes] non quidem horizontali jactu, sed circulari uibrantia. Accedit hodie tormentum legionarium (Regiments-Stück) mortarium manuarium (Hand-Mörser).

## §. IX.

Solent etiam nonnulla tormenta appellari *legitima* s. legitimi ordinis, *ordinaria*, perfecta & comunia; alia uero *illegitima*, *extraordinaria* & *bastardæ*, quoniam recedunt a mensura priorum. *Bastardæ* sunt longiores & breviores. De quibus prolixius legi potest *Dilichius part. 1. c. 5. Mr. de S. Remy dans les memoir, del' Artill. part. 2. tit. 1. seqq.* Conf. *Groddeckii Diff.*

D 2

de

(s) Pot à feu rempli d'artillerie sert à éclairer la nuit dans les fosses, & brule tous ceux qui en approchent; On sert à jeter dans les brèches quand ils sont remplis de grenades & autre feu d'artifice.



de eo, quod iustum est circa torm. p. 14. seq. & Knich. c. l.

## §. X.

Arma Protectoria s. propulsatiua sunt, quibus corpus militis aduersus hostium tela & missilia munitur. Huc referuntur Cataphracta, Curasse oder Kürsch. Lorica, thorax Panzer / Harnisch; brachialia, Armschienen / ocreæ ferreæ Beinschienen / Manicæ ferreæ Blech; Handschuch / galea, cassida l. casis, (casquet, Helm / Sturm = Huth.) parma s. cetra Rondartschen. Laminæ anteriores, posteriores vorder und hinterstücke. §. XI.

Super sunt arma secundaria, in quibus sunt machinæ, quæ adhibentur uel ad infringendum & diruendum uel ad leuanda onera, uel ad oppugnationem. Instrumenta tractoria (Brecht = Zuech) ut frangibula cochleata Brecht = Schrauben. Pyloclastræ cochleata Schraub = Befarden. Tribuceta, i.e. aries urgens & impellens, quod uocabulum Reinesius 3. Var. leit. c. 1. germanicum Treibboch esse contendit. His accedunt terra, mallei, securæ, ascia, seculæ, forcipes &c.

## §. XII.

Machinæ tractoriæ (Heb = Zeug) quæ ad onus aliquod facillimo modo commouendum & leuandum usurpantur, e.g. Geranium, Kranich vel Kran. Machina dentata s. tolleno die Winde / pour leuer les pieces d' Artillerie, & dans les bagages. Capreolus, Heiß = Fuß = Scala tractoria. Heb = Leiter / sert à leuer & abaisser les mortiers & pieces d' Artillerie. Cantherius tractorius (Gall. Cheure) qui sert à leuer & poser le canon sur son affut; qui leuat & demittit tormenta in suis sustentaculis. Accedunt uectes, palangæ Walze / Heb = Baume. Helix s. trochlea (eine Rolle Winde) &c.

## §. XIII.

Machinæ oppugnatoriæ (Sturm = Zeuge) sunt quam plurimæ, quo pertinent scala oppugnatoriæ, Sturm = Leiter Pontes uersatiles, fall = Brücken. Pontes nautici, Schiff = Brücken / pontes doliarii Fass = Brücken. Currus oppugnatorii Sturm = Wagen / scala restiarii, s. funes scansiles, (Seil = Leitern.) Pertinent huc uehicularia trufatilia (Schub = Karren.) alias uniroti, unirota uehicula; Corbes & sportæ dorsuariæ (Trag = Körbe) Gerra (Schank = Körbe.)



Rörbe) Trabes transuersæ, s. tegilla lacunaria (Zwerck & Balcke)  
 Culei terra repleti (Erd-Säcke) Occæ, (Egen /) quæ equorum  
 cursum impediunt, quod idem præstant, murices Fusi & Angel.  
 Sarmenta, uirgulta (Faschinen /) ad obstruendos hiatus mu-  
 rorum:

## §. XIV.

Sed tandem etiam *Munitiones* desiderantur in bello  
 prospere gerendo, per quas intelligimus urbes, arces, ca-  
 stella fortalitia, castra & similia. Ejusmodi munimenta exci-  
 tantur uel in *plano*, uel in *montibus*, uel ad *flumina* & maria. Vo-  
 canturque alia regularia, & irregularia. Regularia sunt æ-  
 qua seu simplicia & non æqua seu composita. Illa quoque sunt  
 triangularia, quadrangularia, &c. & quo plures anguli reper-  
 untur eo meliora esse reputantur fortalitia. Munitiones com-  
 positorum, sunt uel curuiterminæ uel refterminæ; Illæ uel  
 Conoides & sphæroides; conoides, parabolica & hyperboli-  
 cæ. *Castella* locantur uel in ipsa urbe, uel in urbis ora extre-  
 ma, quæ illis præferuntur.

## §. XV.

Castra sunt munitiones frequentissimæ, at & uarii  
 generis. Sunt enim uel temporaria, *Nacht-Lager* / uel statiuæ,  
*beharrliche Lager*. Hæc sunt uel obsidionalia, uel prohibito-  
 ria. Obsidionalia porro sunt *oppugnatoria*, quibus ho-  
 stem dum se munito loco continet, occupare institu-  
 imus. *Sustentoria*, quibus hostem suppetias ueniën-  
 tem retardamus. Prohibitoria sunt, quibus urgentem  
 & læssentem hostem a finibus & oppidis prohibemus. Sed  
 de hac parte apparatus bellici uide *Dillich, d. l. & Mr. le Cheualier  
 de Saint Julien dans l' Art de fortifier, c. II. seqq.*

C A P. II.  
De Nauibus.

## §. I.

**N**auium alia uelis aguntur, alia remis. Porro etiam, quæ  
 uelis agitantur, sunt maiores, & minores ita ut pluribus  
 malis instructæ sint maiores, minores uno. Nauium ha-  
 rum nomina sunt uaria, prout certis gentibus in usu est. Ita  
 enim occurrunt gauli maiores (Galæonen) Leuanticæ (Leuan-  
 tischen



tischen) / Urca (Urcfen.) Biremes (Barcken.) Tartana (Tartanen/) quæ sunt naues uectoriæ. Pinafle (Pinaffen /) genus nauigiū bellici &c. Imponuntur ipsis sæpe nomina urbium e. g. Amsterdam, Rotterdam. It. Sanctorum e. g. Anna, Jacobus & sic porro. Minora nauigia, quæ uno uelo prædita sunt, Belgis dicuntur Schmacfen & sunt maxime oblonga. Nauigia, quæ remis aguntur, etiam sunt maiora & minora atque ab hac magnitudine dicuntur ab Italis, Hispanis & Gallis Galera, Galliotæ & Galeazza &c.

## §. II.

Ab usu hæ naues sunt mercatoriæ, Kauffarthey-Schiffe/naues bellicæ, Kriegs-Schiffe/actuariæ, ad trajiciendos milites, onerariæ, ad uectionem annonæ & instrumentorum bellicorum, Conuoy-Schiffe / Last-Schiffe/ prædialiæ, Orlog-Schiffe/ quasi Ort-Läger/ quæ certo in loco præsidii causa subsistunt, incendiariæ, Brandet/annonariæ, Prouiant-Schiffe. It. curforiæ, tabellariæ, speculatoriæ, exploratoriæ, piraticæ &c.

## §. III.

Naues bellicæ respectu ordinis sunt prætoria, das Admiral-Schiff / subprætoria, das Vice-Admiral-Schiff, Speculatrix s. excubiarum Gubernatrix, das Contre-Admiral-Schiff / belgice Schut bey Nacht/ quod uocabulum ipsis idem significat, quam Germanorum Schutz / custodia, tutela; Nauium enim prætoriarum signum olim fuisse ignem Scriptores tradunt, eum in finem, ut reliquæ naues eo certius illas noscere possent & insequi. Plura uide apud Knichenium L. II. Part. IV. 7. & Dillichium P. I. c. 5. Sed uela contrahere cogor, & si rem, quam prolixè deducere animus erat, breuius iusto explicuisse uidear, nondinarum difficultati tribuas uelim, cum typographia omnia expedire nequirit. Fortasse de hac prolixa materia alio tempore dicendi se offeret occasio.

## COROLLARIA.

- (I) Pedites præstant Equitibus.
- (II) Tormenta & reliqua crudelitatis instrumenta inter Christianos licite adhiberi possunt.
- (III) Captiuus sub pignore honoris dimissus reuerti obligatus est.
- (IV) Laconi iuramentum non seruans mendacium non committit.
- (V) Magistratus, qui quæ uisa sunt, occultant; quæque esse ex usu iudicauerint, multitudini produnt non male faciunt.
- (VI) Venatio in bellum ituris magnopere fuadenda.

\* (o) \*



A U  
TRES-ILLUSTRE ET TRES-EXCELLENT  
SEIGNEUR  
MONSIEUR  
JEAN JEAQUE KAESE

SEIGNEUR DE LOESNIG

Conseiller, & Directeur des Postes de S. Maj. le Roi  
de Pologne & Elect de Saxe &c. comme aussi Senateur  
de la ville de Leipzig tres Illustre &c.

MONSIEUR

**J**E me suis depuis quelque tems senti obligé d'  
Jouvir & de parcourir avec plus de diligence que  
jamais, les livres, qui traitent de la guerre. Car  
desque je receus l'ordre favorable de Votre part, de  
travailler à la composition des gazettes latines, je creus,  
que



que c'estoit mon affaire de m'y appliquer avec toute  
l'assiduité possible, & de mettre la main à de pareils  
livres. Cependant comme je me voyois honoré de la  
permission de l'Illustre Corps de la Faculté Philosophi-  
que de dresser quelque dissertation pour avoir place  
entre ses Assesseurs, je me suis serui de la même ma-  
tiere pour dresser quelque abrégé de la guerre & de ce  
qui en depend. Mais quand je prens la hardiesse de  
Vous presenter ce petit ouvrage tout plein de choses  
de guerre, ce n'est que pour Vous assurer de l'em-  
pressément entier, que j'aurai pour Vos affaires,  
qui sont entre mes mains, & pour Vous prier de me  
continuer la grace d'être

MONSIEUR,

TRES-ILLUSTRE ET TRES-EXCELLENT SEIGNEUR,

à Leipzig  
le 25. April 1711.

Voire tres humble & tres  
obéissant serviteur

M. J. CHR. LEONHARDT.



Leipzig, Diss., 1771

ULB Halle

004 708 792



3

f

Sb.







1711, 86

Q. D. B. V.

DE

RMATURA ET APPARATU  
HODIERNÆ MILITIÆ,

VULGO

von Rüstung und Zugehör des heutigen  
Kriegs-Wesens/

INDULTU SUPERIORUM

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

PRO

ASSESSURA

IN

ACULTATE PHILOSOPHICA

DISPUTABIT

JO. CHRIST. LEONHARDI,

CHEMNIC. MISN. P.L.C.

AD DIEM XXV. APRILIS A. MDCCXI.

HORIS LOCOQUE CONSUVETIS.



LIPSIÆ,

Literis BRANDENBURGERIANIS.

